

XIX.

Physiognomia haud temerè rejicienda.

XX.

Animæ sagarum extra corpora non abripiuntur , neque ad nocturna comitia reapse transferuntur. **XXI.**

Magi seipso & alios in feles ac lupos convertere non possunt.

XXII.

Spiritus familiares damnantur.

XXIII.

Verba, Charakteres, ceremoniæ, imagines, & sigilla illicita sunt.

XXIV.

Cœlum non movetur: idem de terrâ sentiendum. **XXV.**

Aquæ supracœlestes ex lumine naturæ haud probantur. Per illas non nubes intelligen-das; neq; per Cœlum aërem interpretandum; statuminamus. **XXVI.**

Interea ejusdem cum aquis subcœlestibus naturæ sunt. **XXVII.**

Tria Cartesius elementa statuit , quæ tam-en in rerum Natura nunquam extiterunt, ni-si tantùm in meditationibus ipsius.

XXVIII.

Optimè, cavendum esse, inquit, ne nimis superbè de nobis ipsis sentientes , fines , quos Deus